



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

270. An Regulares possint absolvere à casibus reservatis Episcopo de jure
communi? Ex p. 8. tract. 7. & Misc. res. 71.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

De Dubiis Regularium. Ref. CCLXIX. &c. 179

Regulares non posse virtute privilegiorum absolvere amplius à casibus Episcopo reservatis. Vide etiam Notarium in Summa Bullarum tom. 2. titula de Casibus reservatis, numero secundo, Marcellum Volve in praxi Fori Ecclesie. cap. 3. n. 10. cum sequentibus.

RESOL. CCLXIX.

An Regulares virtute suorum privilegiorum possint absolvi à censuris ab Episcopo reservatis non obstante Decreto Clem. VIII. & Cardinalium declaratione?
Et an possint Regulares excommunicationem referuare, non obstante quodam motu proprio Clem. VIII. in quo abstinuit Prælati Regularibus facultatem peccata referuandi?
Et in textu huius Resolutionis alij quinque casus valde notandi, & in promptu tenendi discutiuntur. Ex p. 3. et 2. Ref. 13.

§. 1. Negatiuam sententiam docet P. Marullus in suis eruditissimis disputationibus, quas nouissimè edidit, tom. 1. disp. 1. c. 2. diff. 4. n. 575. putat enim, quod sub prohibitione casuum referuatorum in dicto Decreto Clementis, comprehenduntur censuræ, nam ratio prohibitionis Summi Pontificis militat etiam in censuris.

2. At his non obstantibus affirmatiuam sententiam tenet noster Megala in 1. p. lib. 1. c. 3. n. 10 vbi sic asserit. Nec tali privilegio obstat reservatio censurarum, quam Episcopi faciunt. Quia quamuis Decretum Sacræ Congregationis publicatum die 9. mensis Januarij 1601. & declaratum die 26. Nouembris 1602. restringat dictum privilegium quoad casus, quos ordinarij locorum sibi referuauerunt, vel in posterum referuabunt, tamen cum dictum decretum loquatur tantum de casibus, non habet locum in censuris, nam in diversis non fit illatio, ex l. Papinianus, ff. de minor. cap. ad audientiam, de decimis; & censura non est casus, sed pena casus, vt dicit Nauarrus in man. c. 27. n. 272. Ita Megala. Vnde vtramque opinionem puto esse probabilem.

3. Displicet verò mihi id, quod Marullus vbi supra asserit, nempe fallam esse sententiam Suarez tom. 4.

disput. 28. sect. 3. n. 13 asserentis posse Prælatos Regularium excommunicationem referuare, non obstante quodam motu proprio Clem. VIII. in quo abstinuit Prælati Regularibus facultatem peccata referuandi; nam sententiam Suarez puto probabilem esse, & illam tuetur Faustus in speculo relig. lib. 6. prec. 88. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 9. diff. 38. n. 5. Coriolanus de casu referuati. p. 1. sect. 1. n. 1. c. n. 1. Fagundes p. 2. lib. 8. cap. 4. n. 5. & alij, quæ opinio multam probabilitatem confert opinioni Megalæ superius adductæ. Licet ego magis probabiliter cum multis alijs, vt alibi diximus, putem, Prælatos Regulares, stante dicto Decreto Clem. VIII. non posse excommunicationem sibi referuare.

4. Notandum est tamen hic obiter primo, quod Comitulus in resp. mor. l. 6. g. 9. & Marullus vbi supra docent, quod si Confessarius in excommunicationem incidat Papæ reservatam ex Decreto Clem. VIII. quia absoluit à casibus reservatis non posse absolui à Regularibus virtute suorum privilegiorum, etiam stante moderatione dicti Decreti facta à Sacra Cardinalium congregatione. Verum aliqui contrarium docent, quia excommunicatio de qua loquimur, neque in Bulla Cœnæ, neque in exceptione sex casuum, in secundo decreto contentorum, comprehensa videtur, qui soli casus videntur exclusi à iurisdictione Regularium, qui ante primum Decretum, vigore suorum privilegiorum à Pontificis casibus absoluebant, vt patet ex illis verbis secundi decreti, ibi ipsum decretum ita moderatum, &c. Sed exceptio firmat regulam in casibus non

exceptis; ergo, &c. Et hanc sententiam esse probabilem, patet ex ipso Marullo vbi supra n. 581. Nam negatiuam, quam ipse tenet, vocat probabiliorem.

5. Nota etiam secundò, quod Paulus V. die 7. Ianuarij ann. 1617. confirmauit, & aliqua addidit supradictis Decretis Clem. VIII. ita vt aliqui opinari sint in supradicto Decreto Pauli V. fuisse abrogata simpliciter omnia privilegia, & facultates, non solum absoluedi à casibus, & censuris Bullæ Cœnæ violationis immunitatis Ecclesiasticæ, & alijs in declaratione, seu moderatione Decreti Clem. VIII. recensitis, verum etiam ab omnibus alijs Romano Pontifici reservatis; & hoc per illa verba. Ac insuper designat nouam legislatoris dispositionem ab antiquis omnino distinctam, vt patet ex textu in cap. statutorum §. insuper, vbi glossa, de referptis in 6. Sed hanc sententiam refellit Duardus in Bullam Cœnæ lib. 3. §. 2. quest. 1. num. 31. & seq.

6. Nota tertio contra Megalam in 1. part. lib. 1. c. 13. n. 21. quod Decretum supradictum Clementis VIII. non derogat privilegijs Regularium, & Confessariorum in suburbis ciuitatis Romæ commorantium, quia licet in materia odiosa, appellatione Urbis, seu Ciuitatis non veniant suburbia; sed verò dicendum est in materia fauorabili, & ita hanc sententiam in terminis tenet Marullus vbi supra diff. 2. n. 556.

7. Nota quarto, non ligari excommunicatione in dicto Decreto contenta, confessarios, absoluedes à casibus Episcopo reservatis à iure; ex quo inferitur, Regulares, qui antea habebant privilegium absoluedi ab omnibus casibus, & censuris, etiam Papæ reservatis, posse non obstante dicto decreto, nunc vigore dictorum privilegiorum absoluedes à casibus à iure Episcopo reservatis; sicut antè poterant; & posse etiam absoluedes à casibus Papalibus occultis, quia huiusmodi casus post Concilium Tridentinum sunt Episcopales, vt notat Sanch. in summa. 10. 2. l. 4. n. 54. n. 27. cui nouissimè addendus est Marullus citatus d. 1. c. 2. diff. 1. n. 540. vbi etiam n. 138. notat, & rectè, ad incurrendam dictam excommunicationem in supradicto Decreto, contra Confessarios latam, non sufficere ignorantiam, etiam crassam, siue iuris, siue facti, quia fertur tantum contra præsumentes absoluedes, quod verbum denotat requiri scientiam in absoluede, vt plerique tradunt Doctores.

8. Tandem nota quinto, quod dictus Marullus loc. cit. n. 542. putat aduersum me in tr. Misc. * ref. 30. Ganbaruptam de casu referuati. c. 3. n. 8. supradictum Decretum Clem. VIII. derogare privilegijs Regularium existentium in Insulis Sicieliæ, Sardinie, & Corsicæ. Sed ego nostram sententiam puto iterum probabilem esse, & ita illam etiam existimant multi viri docti Societatis Iesv. & nostræ Religionis, nunc post Marullum vitum, de hac re à me consulti.

RESOL. CCLXX.

An Regulares possint absoluedes à casibus reservatis Episcopo de iure communi? Ex p. 8. et 7. & Misc Ref. 71.

§. 1. Affirmatiuè respondi in 3. p. ar. 2. resol. 13. sed negatiuam sententiam nominatim contra me tenet Bordonus in consil. Regul. resolut. 6. quest. 9. num. 11. Tum quia in Clem. Religiosi, de privilegijs, prohibitum fuit Religiosis absoluedes seculares Clericos, & laicos excommunicatos à Canone, quo nomine venit excommunicatio iure communi promulgata, ibi autem ponitur exceptio his verbis: Præterquam in casibus à iure expressis, vel per privilegia Sedis Apostolicæ concessis eisdem. Gloss. versio. A Canone. includit sub hac prohibitione tam excommunicationem alijs reservatam in iure, quam non reservatam;

Sup. hoc in tom. 5. et 4. Ref. 6. paulo post instituit, à verè. Et eandem.

Sup. hoc magis late in Ref. seq. & in alijs eius primæ not.

Sup. hoc in Ref. seq. §. vlt. ad medium;

Sup. hoc supra ex doctina Ref. 251 §. 2. à fin. & in alijs eius not.

* Quæ hic est mira Ref. 272 §. 2. & in alijs eius alijs not.

Quæ hic est Ref. antecess. in §. Nota quarto, & in tom. 3. et 6. lege doctri. n. 5. et Ref. 7. & Ref. 8. per totam;

seruata, quam sequitur cum aliis Floronus *cap. 5. num. 4.* quod mihi non placet, sed puto prohibere absolutionem à reſeruatis, quod ſuadetur. Tum quia id videtur inſinuare particula, *in caſibus à iure expreſſis*, nam, vt colligitur ex *cap. nuper, de ſentent. excommunicat.* Papa non reſeruando ſibi excommunicationis abſolutionem, cenſetur aliis hanc facultatem reliquiſſe. Tum quia Sacerdotes ſeculares ab ea abſolunt, quando non eſt expreſſe reſeruata; ergo & Regulares, ne ſint peioris conditionis. Tum, quia communiffima opinio eſt, ſimplicem Confeſſarium poſſe ab ea non reſeruata abſoluere. Ita pluri- mi citati à Bonacin. *de cenſur. in communi. queſt. 3. part. 1. num. 5.* Floron. *cap. 2. num. 17.* igitur prohibitio reſtringitur ad excommunicationem reſeruata expreſſe. Adeſt etiam exceptio priuilegiiorum Religioſis conceſſorum, ſed de his ſufficienter dixi in prima reſponſione. Tum, quia licet nonnulli velint, caſus Papales, quibus in iure expreſſe non eſt facta reſeruatio, dici quoad abſolutionem Episcopales, tamen non eſt hoc verum, ſecundum noſtram opinionem, qui tenemus, vt ſuprà, excommunicationem in iure communi non reſeruata tolli poſſe à quouis Confeſſario, vnde falſum eſt, quòd dicantur caſus Episcopales, quamuis oppoſita opinio eos tales vocet. Demum, quamuis in ſupracitatis decretis ſub Gregor. XIII. & Clemente VIII. mentio fiat de caſibus, quos Episcopi reſeruauerunt, & in poſterum reſeruabunt; nihilominus in decretis ſub Paulo V. & Urbano VIII. ſimpliciter fit mentio de caſibus reſeruatis Episcopis, quibus verbis venit quacumque reſeruatio, ſiue facta ſit à Papa Episcopo, ſiue ab Episcopo ſibi ipſi. Hucusque Bordonus.

2. Sed nouiſſimè noſtram ſententiam amplectitur Auerſa *de ſacrament. Pœnit. q. 17. ſect. 6.* vbi ſic ait. Admitti poteſt, quod aſſerit Diana, ſub caſibus Episcopo reſeruatis in eo decreto, non comprehendi caſus reſeruatos de iure communi, ſed tantum eos, quos peculiaribus edictis Episcopi ſibi reſeruant. Dicitur enim in decretis Clementis, nec etiam à caſibus quos Ordinarij locorum hætenus reſeruauerunt, vel impoſterum ſibi reſeruabunt. Et licet in aliis decretis Pauli & Urbani, abſolutè nominentur caſus Episcopis reſeruati; tamen planè intelliguntur, ſicut in illis decretis Clementis. Hinc inferit Diana, poſſe adhuc Regulares, ſi habebant tale priuilegium, abſoluere ab omnibus caſibus Papalibus occultis, à quibus ex Concilio Tridentino poſſunt Episcopi; quia tales caſus occultis ex hac conceſſione Concilij facti ſunt Episcopales, vt in ſimili confirmat Sanchez *lib. 2. in Decalog. cap. 54. num. 27.* Idque videtur veriſimile; quia ſi Pontifex reliquit facultatem ex priuilegio Regularibus abſoluendi à caſibus Papalibus, etiam alioqui publicis; excipiendo ſolum illos, quos diximus, quam tamen facultatem non habent Episcopi: videtur etiam reliquiſſe Regularibus facultatem abſoluendi à caſibus de iure Episcopalibus, ſiue dicamus Papalibus à quibus abſoluendi quando ſunt occultis, conceſſa eſt Episcopis facultas. Niſi tamen eos Episcopi, in ſuis etiam edictis ſub ſpeciali ſua reſeruatione comprehendant, quia tunc ab iis non poterunt Regulares abſoluere, ſicut in vniuerſum nequeunt ab iis, quos Episcopi ſpecialiter ſibi reſeruant. Hæc omnia Auerſa.

RESOL. CCLXXI.

An Regulares virtute priuilegiiorum poſſint abſoluerè à caſibus Episcopo reſeruatis?

Et aſſeritur, quod priuilegium inſerui iuri communi non derogatur, niſi fiat expreſſa mentio huſuſmodi priuilegi.

Sed in ſ. ultimo huſus Reſolutionis adducitur ampliffima derogatio priuilegiiorum facta ab Urbano VIII. die 1. Nouembris 1631. Ex part. 11. tract. 2. & Miſc. Ref. 9.

§. 1. **P**RO affirmatiua ſententia alibi adduxi Tam- burinum, Quintadnadenam, & Vidalem, nunc autem, & alios adducam. Et idè hanc ſententiam tenet Pater Andreas Mendo in *Bull. Cræc. diſput. 23. cap. 4. num. 49* vbi ſic ait: ſam verò Regulares non poſſe abſoluere à peccatis Episcopo reſeruatis, nec item à reſeruatis Pontifici in Bulla Cæcæ aliqui docent. At quod nunc viget amplius, eadem Sacra Congregatio ex præcepto Urb. VIII. die 17. Nouembris, anno 1628. declarauit, prædicta omnia decreta vim fortè habitura tam intra, quam extra Italiam, prohibens expreſſe ne Regulares virtute cuiuſvis priuilegiij abſoluere valeant penitentes à caſibus in Bulla Cæcæ, aut Ordinariis locorum reſeruatis. Cui diſpoſitioni ſtandum omnino eſt. concludit Trullench, ibidem.

2. Attamen oppoſitum videtur tenendum, & abſerendum, Regulares poſſe abſoluere à reſeruatis Episcopo; Probatur, primò; quia Urb. VIII. decretum ſolum reuocauit priuilegia abſoluendi poſt Tridentinum conceſſa, & concedenda; hoc autem priuilegium ante Tridentinum fuit conceſſum Regularibus, ergo non reuocatur. Maior, & minor conſtant, tum ex tempore quo conceſſum eſt cuiuſmodi priuilegium; tum ex verbo Decreti reuocatoriij; quæ ab eo Auctore aſſeruntur, & expenduntur. Secundo, quia priuilegium abſoluendi à peccatis Episcopo reſeruatis, eſt inſeruum iuri communi; quod autem ei iuri eſt inſeruum, non derogatur, niſi fiat expreſſa mentio cuiuſmodi priuilegiij, qualis non fit in Decreto Urbani; igitur per illud non reuocatur. Maiorem, & minorem tenent communiter Auctores citati ab eodem Quintadnadenas.

3. Accedit pro Societate Ieſu priuilegium quoddam omnes ſcrupulos in hac parte tollens, ſcilicet Gregorius XIII. in Bulla prima ipſius, quæ incipit, *Æquum reputamus*, quam aſſert Pater Franciſcus Amicus *tomò quinto de iuriſt. Et iur. diſputatione noua, ſeſſione decima, numero 148* Diana *tomò ſeptimo, tract. 10. miſcellaneo, * reſolut. 29.* conceſſit Societati, vt melius priuilegiij aut indulti reuocatio præiudicet inſeruum ipſius Societatis, niſi ſit illi inſinuata, & inſinuata per trinas diſtinctas literas eundem tenorem continentes tribus diſtinctis vicibus, vt hanc conceſſionem intelligunt Antonius de Amatis, Flaminus Cherubinus apud ipſum Dianam. Vnde hi docent, derogationem priuilegiiorum in ampliffima forma non præiudicare priuilegiis Societatis, quia non cenſetur reuocatum priuilegium, dum non ſeruat forma, quæ ad eius reuocationem requiritur, & ſic decifum fuiſſe in Rota Prouinciæ Marchiæ affirmant.

4. Intimatio autem fieri debet, vel immediate ipſi Præpoſito Generali Societatis, qui eam reuocationem per totam Religionem euulget, vel nomine Pontificis faciendâ eſt ab Ordinariis ad Superiores Societatis. Nec ſufficit ſi fiat in locis publicis, vt in Eccleſiis Cathedralibus, quia ea intimatio non fit Societati, vt Bulla exprimit; nec ſufficit ſi fiat per verba, aut vna vice, cum requiratur fieri per literas, & tribus vicibus. Et quamuis Gregorius XII. non potuerit limitare poteſtatem ſucceſſorum, ideoque hi valeant eius Bullam reuocare, dum verò per externa ſigna ſi ſufficienter manifeſtatiua reuocationis id non præſent, non cenſenda ſunt reuocata Societatis priuilegia; ſic verò, ſi ſufficientibus verbis denotetur, derogari huic Gregorij conceſſioni.

Sup. hoc pro-
calibus Pa-
palibus oc-
cultis in Ref.
1. not. prære-
ritæ, & in co-
dem §. ad
medium.